



Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

[VIII. Vtrum in diuina Prædestinatione, secundum rationem nostram, prior sit permisio peccati, quàm electio nostra, aliorumq[ue] saluandorum.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72856)

actum illum determinatum ad modum Incarnationis, sed in aliquo instanti posteriore, vi ex Scripturis necessariò colligitur. Neque verò absurdum est, substantiam rei à Deo præfiniri secundum rationem nostram, ante modum rei: cum modus rei habeat se ad substantiam rei velut medium ad finem, seu consequens ad antecedens; nec absurdum sit, priusratione præfiniri finem, quām media, aut antecedens, quam consequens. In quem sensum etiam non nemo ex oppositæ sententiae auctoribus scripsit, Deum quidem non ita procedere confusè, ut maneat in ipso aliqua confusio, aut actus ab æterno non terminetur ad obiecta distinctè: fatus tamen esse, actum voluntatis ipsius nostro modo intelligendi, in aliquo signo rationis priori, habere se confuse, & solum in posteriori distincte. Sic voluntas, inquit, diuina prius ratione terminatur ad finem, quām ad media; & in eo signo quo terminatur ad finem, se habet ad media confuse; quia in illo signo nondum statuit de illis, sed est indeterminata ad quodvis eorum eligendum, &c. De qua re pluribus actum supra dub. 2.

D U B I U M VIII.

Utrum in diuina Prædestinatione, secundum rationem nostram, prior sit permisio peccati, quām electio nostra, aliorumq; saluandorum.

S. Thomas I. p. q. 23. a. 1. & 5.

1 Sensus est, vtrum Deus ordine intentionis prius secundum rationem decreuerit permettere peccatum, quam nos ad gratiam & gloriam prædestinaverit, vel contra. Et est multorum Theologorum sententia, decretum seu voluntatem permitendi peccatum primi parentis, priore fuisse in diuina mente, quam decretum prædestinationis nostra, aut etiam Christi. Ita non solum sentiunt illi, qui dicunt, prædestinationem nostram posteriorem esse prævisione meritorum, aliorumq; mediorum, inter quæ est etiam Iustificatio à peccatis, seu ipsa remissio peccatorum, sed etiam ex alijs, qui prædestinationem ad gloriam priorem faciunt prævisione & ordinatione mediorum, non pauci, præferrim Thomistæ recentiores, qui cum S. Thoma docent, Incarnationem Christi futuram non fuisse, nisi peccatum Adami fuisset. In specie etiam ita sentiunt Gregorius de Valentia q. 14. p. 4. Bellarminus lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 9. Molinahie q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 7. Valquez disput. 93. num. 43. Zumel hic q. 23. art. 2. d. 2. à quibus nonnulli idem sentiunt etiam de permissione aliorum quorundam peccatorum. Fundamentum præcipuum est, quia putant etiam Christum prædestinationem fuisse post prævisionem peccati Adæ; quod tamen dub. præced. refutavimus. Adduint, eandem esse sententiam S. Augustini & S. Thomæ, ut inferius dicetur. Sed verior videretur opposita sententia, ad quam declarandam sequentes assertiones constituimus.

Tom. I.

2 Assertio I: Angeli fuerunt electi ad gloriam ante prævium peccatum non solum Angelorum, sed etiam Adami, & posteriorum; atque adeo etiam ante voluntatem peccatum permittendi. Hæc assertio est certa, & extra controversiam. Ratio est. Tum quia boni Angeli electi sunt efficaciter in eodem instanti rationis, in quo mali licet inefficaciter ordinati fuerunt ad gloriam; ita enim Deus simul virtuosque ordinavit ad gloriam, vt in eodem instanti bonos præ malis efficaciter dilexerit: sed mali Angeli vtique inefficaciter ordinati fuerunt ad gloriam, ante prævium peccati, & ante voluntatem illud permittendi; alioquin per peccatum non decidissent à statu & spe gloria; imo nec unquam vere dici possent ordinati fuisse ad gloriam; quandoquidem post peccatum non amplius fuerunt ordinati ad gloriam. Tum quia electio Angelorum planè independens fuit non solum à peccato Adami, & posteriorum, sed etiam ipsorum Angelorum; quandoquidem nullum omnino medium, quo Angeli perducti fuerunt ad gloriam, supponebat peccatum seu Adami, seu Angelorum.

3 Assertio II. Etiam Adamus electus fuit ad gloriam ante prævium peccati, tum proprij, tum Angelorum. Ita citandi pro assert. 4. & videtur adeo vera, vt vix negari possit. Probatur. Quia alias dicendum foret, Adamum, si aut ipse, aut Angeli peccaturi non essent, vel non creandum à Deo fore, vel non saluandum: vtrunque verò est absurdum. Sequela probatur. Quia si prædestinatione Adami supponit permissionem peccati seu proprij, seu alieni, vtique ab ea secundum ordinationem diuinæ mentis dependebat; nulla est enim alioquin ratio, cur ea permissione posterior constituantur: si autem dependet; aut pendet ab ea etiam secundum se & immediate, adeoque etiam supposita existentia ipsius Adami; aut remotè, secundum ipsam existentiam & productionem eiusdem. Si posterius dicatur, ergo Adam non erat futurus, nec à Deo producendus, nisi aut ipse, aut Angelis fuissent peccaturi: Si prius, ergo Adam quamvis futurus esset, etiam secluso peccato proprio & Angelorum, non tamen erat saluandus, quandoquidem prædestination & salus ipsius solum dependenter facta dicitur à peccati permissione.

4 Minor probatur. Quia cum homo per se adeo pertineat ad integritatem & perfectionem totius Vniuersi, planè absurdum est dicere, eum ex occasione solum ruinæ Angelicæ fuisse productum, nec adeo futurum fuisse, nisi Angeli peccassent: præferrim cum creatio Vniuersi prior vtique sit peccato Angelorum, qui non extra cœlum & in nihilo, sed in ipso cœlo creati primum fuere. Nec minus absurdum est dicere, Adamum quamvis futurus fuisset, secluso peccato proprio & alieno, non tamen absque eo futurum saluum; quasi peccatum proprium aut Angelorum tanti momenti seu adiumenti præbuerit ad prædestinationem & salutem Adami, & ex se non potius impedimentum; peccatum quidem Angelorum ex ea parte, quatenus inde secura est tentatio & lapsus Adami; peccatum verò proprium, quatenus per se immediate impedit & tollit propriam cuiusque peccantis salutem. Accedit, quod Adamus ex diuina prædestinatione

Q9

in pa-

in paradiſo habuit donum iustitiae originalis, aliaque gratiae auxilia, laſum eius planè antecedentia; quibus optimè poterat ſalvari.

Affertio III. Etiam ceteri homines electi, omnes ac ſinguli prædefiniti fuerunt, tum ante præuiſum peccatum Angelorum, tum ante præuiſionem peccatorum propriorum, ſeu personalium, ſeu originalis à ſingulis contrahendi. Hanc præter authores prosequente aſſertione citando tradit etiam Bassolis in 1. diſtinct. 41. quæſt. vnic, artic. 4. vbi ait, *falfam eſſe opinionem, quod homines ſunt prædefiniti ad reſtaurandum ruinam Angelorum, ſic quod ſi Angelini peccarent, non fuissent homines prædefiniti.* Et cum obieciſſet diſtum Auguſtini lib. 22. de ciuit. Dei, vbi ait, *quod Deus de mortali progenie hominum, meritoq[ue] dannata, populum gratia ſua colligit, vt inde ſupplet & reſtaure partem, quæ laſpa eſt Angelorum, ac ſe dilecta & ſuperne ciuitas non ſi audeatur ſuorum numero ciuum, quin & fortassis uberiori letetur, ſubiungit Bassolis: Sed poteſt responderi, quod li. vi, non tenerū hic cauſaliter, ſed conſequitur, ſicut in multis, vt ſcriptura implereſtur, &c. Sicut etiam ipſe innuſitdem, per hoc, quod dicit, de numero uberiori. Per quod datur intelligere, quod fortassis plures homines ſalvabuntur, quam ſint Angeli dannati; ergo ratio prædefinitiōnis hominum non eſt reſtauratio ruina Angelorum, &c.*

Eadem aſſertio indicat etiam Vasquez hic diſput. 91. cap. 3. num. 13. vbi ait: *Ceterum quod in ratione ſuponunt allegati authores, nempe peccatum origi- niale in unoquoq[ue] contracluſum, præuiſum fuiffe ante noſtrum & Christi prædefinitiōnem, maniſtis falso ſum eſt. Et addit rationem. Inde enim ſequeretur, inquit, B. Virginem non ſolum contraxiſe peccatum origi- niale, & cum eo fuiffe præuiſum; verum etiam non poiuiffe per Christum ab eo paſteruari. Nam ſi ante Christi prædefinitiōnem omnes fuerunt præuiſi cum peccato origi- niale naſcitur, meri- tum Christi nibil illis potuit prodeſſe, vt ab eo paſteruarentur; ſiquidem prior eſſet paſteruatio ſi alicui concedetur, quam Christi meritum. Soli igitur gratia Dei, ab ipſo merito Christi præuiſo, potuit præuenire Virginem, ne peccatum origi- niale contraheret; quod eſt abſurdum: cum omnes fateantur, quamcumq[ue] gratiam collatam posteris Ad- dae & B. Virginis, fuiffe gratiam redemptiōis ex meritis Christi, vi contra Driedorēm diſput. præced. cap. 4. obſer- uauimus.*

Sed haec ratio ſolum probat, peccatum origi- niale ab unoquoq[ue] contracluſum non fuiffe præuiſum ante prædefinitiōnem Christi: cum tamen hic pro- prietate agāmus de prædefinitiōne noſtra. Ratio igitur generalis pro prima parte ſumitur ex dictis aſſert. 2. quia Adam ſuitante præſcien- tiam peccati Angelici prædefinitatus: eademque eſt ratio aliorum hominū. Idē significat Auguſt lib. 15. de ciu. c. 9. & lib. 22. c. 1. & lib. 15. c. 1. & lib. 22. c. 29. vbi ſignificat, ciuitatem bonorum & prædefinitiorum aquæ coalescere ex Angelis & hominibus abſque vi- lo inter eos ordine. Et in Enchirid. cap. 29. probabile cenſet, maiorem numerum futurum elle beatorum hominum, quam ſit Angelorum. Eodem modo Anſelmuſ in Elucida- riuſ dicit, tot homines ſaluandoſ eſſe, quot ſunt An- gelici beati. Sentiunt ergo iſti homines non tantum per accidens, & ex occaſione Angelici peccati, ſed per ſe etiam fuiffe prædefinitatos.

Ratio ſecunda partiſ eſt. Tum quia omnes & ſinguli ſaluandi prædefiniti fuerunt ad gloriam, ante præuiſionem mediorum, vt dictum eſt dub. 4. ergo etiam ante præuiſionem remiſſionis peccatorum, quibus ſinguli futuri eſſent obnoxij; ac per- conſequens etiam ante præuiſionem corundem peccatorum: quia ſi ante prædefinitiōnem ad gloriam præceſſiſſer præuiſio peccatorum, debebat prius ſingulis prædefiniti remiſſio corundem peccatorum: peccatores enim in ſtatu peccati mortaliſ cum eſſent indigni & incapaces gloria, vt ſic, non pote- ran prædefiniti ad gloriam. Tum quia cum pec- cata propria, & inexistentiā ſingulis, potius ſint im- pedimenta, quam adiumenta ſalutis, absurdum vi- detur dicere, prædefinitiōnem & ſalutem ſingulo- rum à peccatis eiufiſmodi ſingulorum fuiffe depen- dentem: hinc enim ſequeretur, eletoſ non fuiffe ſaluandoſ, niſi omnes & ſinguli peccata propria tum personalia, tum origine ex Adamo deriuata con- tra- xiſſent; quod planè videtur incredibile. Multo enim melius, & maiori iure ſalutem aeternam adiuiſſent, ſi peccata eiufiſmodi non haberent. Tum quia negari non poeteſt, B. Virginem (iuppoſita immaculata eiufiſmodi concepcione) abſque præuiſione illius peccati in ea futuri, & Ioannem Baptiſtam, alioſque ſimiles, abſque præuiſione illius peccati mortaliſ propria- voluntate ab eis contrahendi, fuille à Deo prædefi- natos ad gloriam; quidni ergo etiam alii ante præuiſionem eiufiſmodi peccatorum fuissent prædefiniti, præterim cum prædefinitiōni omnium electorum, poſt Christum ſimilata ſit, vt dub. ſeq. dicetur.

Affertio IV. Saluandi omnes, etiam homines, prædefiniti fuerunt ad gratiam & gloriā ante præuiſionem ipſius quoque peccati Adami, eiufiſque per- mittendi voluntatem. Haec aſſertio eſt principalis, & de qua poitissimum controverſetur. Ita vero expreſſe doceſt Scotus in 3. diſt. 7. q. 3. vbi ait: *Sine præuidicio diſi potest, quod cum prædefinitiō cunſuſt ad gloriam preceſſatē parte obiecti in auctoſiſtente preſcien- tiam peccati, vel damnationis cunſuſt, ſecundum opinionem uitio- mandiſſon diſt. 41. lib. 1. multo magis eſt verum de præ- definitiōne illius anime (Christi) juſ ſuare de prædefinitiōne ad ſumma gloriam, &c. Et inſtra: Poſteſt igitur dici, quod prius natura, quam aliq[ue] prouidebatur circa peccati- rem, ſue de peccato, ſue de peccata, Deus precelegit ad illicum curiam & ſtemonines, que voluunt habere, Angelos & ho- mines, in certis & determinatis gradibus; & nullus eſt prædefiniti tanum, quia alijs præuiſus eſt caſuaria, ut ſi nullum iporeat paſdere de laſpū alterius. Idem do- cent Tartaretus, alijque Scotisti ibidem. Idem ſentit Marſiliuſ in 1. q. 41. art. 2. vbi cuim doceſt, neminem fuiffe reprobatum propter opera mala præuiſa, ne- cessario ſentit, præuiſionem malorum operum non esse priorem reprobatione, ac proinde à fortiori nec prædefinitiōne: cum reprobi non fuerint prius re- probati, quam ſaluandi prædefiniti. Idem habent Aegidius & Gregorius Ariminensis in 1. d. 40. item Eckilius in Chryſopraſo cent. 1. n. 36. vbi hanc quasi regulam ſtatuit: *nullum prædefinitum electum eſſe o- caſione peccati alterius.* Item ex Thomiſti Capreolus in d. 41. a. 2. ſub fin. vbi ait: *Ad illud, quod dicit (Aureolus) de example dato de ſigulo, (quod nimis uti Apoſtolus lo- quatur de maſſa per peccatum originale corrupta: quo ſuppoſito, nulli iniuriatur, ſie non redemptio ab originali,**

alium,

alium misericorditer purget & redimat:) Dico, quod *A-*
populus vivitur illo exemplo ad sensum, ad quem *S. Thomas*
loquitur, & non cum illa presuppositione originalis peccati, &c. Idem ex recentioribus docet Suarez hic lib.
1. cap. 12. num. 8. vbi citat etiam Heretum, in 1. dist.
40. & ipsum *S. Thomas* hic q. 23. a. 1. ad 3. & art. 4.
hoc insinuantem siattentem legatur.

10 Probatur ex Scoto loco citat. Primo quia Christus fuit prædestinatus ante præmissionem peccati; vt dictum dubio præcedent, & fuisse docetur in 3. part. Ergo & nos homines; quandoquidem Christi prædestination est exemplar prædestinationis nostræ. Secundò, Angeli, & primus homo fuerunt prædestinati ante præsumum peccatum Adami: Ergo & ceteri homines; cum omnes sint prædestinati in eodem instanti, vt dicetur dublo sequenti. Tertiò. Prædestination tam ad gratiam, quam ad gloriam ex se planè independens à permissione peccati: siquidem neuter terminus inuoluit respectum ad peccatum præteritum; nec intelligitur facta prædestination, ratione, vel occasione peccati pri-
mi parentis: Ergo nulla ratio est, cur peccati præmissionem supponat. Quartò. Prædestination hominum tantum bonum est, vt non sit verisimile esse tantum occasionatum ex peccato. Quintò. Ordinatè aliquid volens prius videtur hoc velle, quod est fini propinquius: est autem supremo fini diuina gloria multò propinquius gloria & gratia prædestinationis, quam permissione peccati: ergo Deus illam prius voluit & decrevit, quam istam. Sextò. Deus ante præmissionem cæterorum mediorum prædestinavit homines ad gloriam, vt superius dictum: Ergo multò magis ante præmissionem peccati; à qua multò minus dependebat prædestination, seu executio illius. Et confirmatur ex Scriptura, quæ dum de prædestinatione agit, comparat homines luto in manu figuli; quod vt sic nullam habet indignitatem, vt vel in hanc, vel in aliâ formam conformatur.

11 Affertio V. Probabiliter tamen dici potest, prædestinationem Adami posteriorum in individuo, & quoad ordinem consequentia dependenter factam à permissione peccati ipsius Adami: quanquam neque hoc sit necessarium. Probatur & declaratur. Quia, vt sèpè dictum, potest id quod ordine intentionis prius volitum est, nihilominus secundum alium quandam ordinem, quoad subsistendi consequentiam, dependenter esse volitum ab aliquo posteriori; vt finis à certo medio: quemadmodum etiam Incarnationem Christi factam esse diximus ante volitam quidem permissionem peccati, sed dependenter tamen ab ea permissione. Ita ergo etiam in proposito fieri potuit, vt quamvis ordine intentionis omnes homines prædestinati essent ante permissionem peccati, nihilominus tamen illi in individuo speckati prædestinati essent dependenter ab ea permissione; ita vt si ea permissione futura non fuisset, illi iijdem numero non essent prædestinati.

Id autem circa posteros Adami re ipsa accidisse, ita probabile redditur. Quia vt ijdem omnino homines, qui nunc sunt prædestinati, à Deo prædestinentur, necesse erat, eos omnes nasci, & ex eadem quoque materia seminis & alimenti progignai & nutritri; quod qua ratione futurum fuisset, aut fie-

ri potuisset, durante statu innocentiae, in quo homines in paradiſo constituti, & alimentata alia, & patriam aliam erant habituri, difficile est explicare. Valde ergo credibile est, prædestinationem posterorum Adami in individuo factam esse dependenter à permissione peccati ipsius Adami. Quia tamen absolute impossibile non erat, vt Deus iuxta infinitam suam sapientiam & omnipotentiam, modis que infinitos, quos inuenire & in executione adhibere poterat, ad sua decreta adimplenda, ita rerum omnium seriem & ordinem disponeret, vt homines omnino ijdem, & ex ijsdem corporibus, eademque a deo materia seminis & alimenti constantes progignerentur, non est id quod diximus absolute necessarium, vt benè etiam Suarez hic lib. 1. c. 12. num. 11. & dictum supra dub. 5. præterquam quod eti concederetur aliam futuram fuisse materiam corporum beatorum, nihilominus tamen eadem numero animæ, à quibus esse hominis præcipue pendet, creari à Deo, absque villa immutacione ordinis & cursus naturalis potuerint.

Contra hanc doctrinam, & præcipue contra assertione tertiam, & quartam, obiicitur primo Scriptura, quæ indicat, homines electos ad reparandas fides Angelorum, iuxta illud Psal. 109. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas;* & Ephes. 1. *Instaurare remonstram in Christo, quæ in celis & in terra sunt.* Quod etiam subinde indicant SS. Patres, vt Augustinus in Enchirid. cap. 26. & 29. Bernardus serm. 1. de aduentu, & Anselmus lib. 1. cur Deus homo cap. 16. & 17. Ergo homines non fuerunt electi ante præsumum peccatum Angelorum.

Respondeo, negando consequentiam: quia hæc accipienda sunt de diuinæ prouidentiæ dispositiōne iuxta ordinem executionis, non intentionis. Plus enim ex his Scripturis & testimonijis Patrum non colligitur, quam in ipsa executione prædestinationis, ita diuino consilio accidisse, vt ruinæ Angelorum saluatione hominum replerentur: at vero ipsam prædestinationem & electionem primam hominum ad gloriam, factam esse eo ipso fine, adeoque ex præmissione seu occasione ipsius peccati Anglici, minimè colligitur: præterquam quod citata Scriptura loca ad literam de ruina Angelorum forte non loquuntur.

Secundò obiectiuntur alia Scripturæ loca, in quibus significatur, aliquos à Deo eligi & euichiad gloriam, occasione lapsus aliorum: vt Iob 34. *Conseruet multis & innumerabiles, & stare faciat alios pro eis.* Apocal. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Ita etiam in locum Iuda suscepimus est Matthias, Act. 1. & in locum Iudeorum vocatis sunt gentiles, Act. 13. & Rom. 11.

Respondeo nullum ex his locis loqui de prima electione seu prædestinatione ad gloriam. Locus enim ex Iob potissimum loquitur de electione ad varios gradus & dignitates huius mundi; vt & locus ex Act. 1. de electione ad dignitatem Apostolatus: cuius generis electiones non negamus factas subinde esse, aut fieri posuisse, ex præmissione ruinæ aliorum. Locus ex Apocalypsi triplete & in rigore verborum accipi nec potest, nec debet; quia impossibile est, vt corona gloriæ alicui diuinitus prædestinata propriè in alterum transferatur. Sensu ergo accommodo ac-

cipiendus est, ut significetur, cuilibet in uigilandum circa animæ salutem, ne gloria alicui secundum præsentem iustitiam sub conditione destinata & debita amittatur, eademque occasione quasi in alterum transferatur, qui forte ex occasione talis lapsus cautor factus, aut maioribus auxilijs gratia a Deo præuentus, ad bonam frugem conuertitur, & ita saluat, ut non raro sit, & cum gentilibus accidat citato Actor. 13. & Roman. 1. Ex quo verborum sensu minimè colligitur, ipsam prædestinationem, seu primam electionem ad gloriam ex præuisione lapsus alieni fieri, sed solam executionem prædestinationis; quod libenter concedimus, ut etiam superius dictum dub. 1. Dic etiam potest, unum prædestinatum in alterius locum substitui, quia secundum apparentiam & effectum, dum uno a Deo deserto, alius sanctificatur. Quo ferè modo etiam intelligitur illud Numerorum 11. v. 17. & 25. ubi dicitur, Denim ab aliis de spiritu, querat in Moysè, & dedisse septuaginta viris: cum tamen interim Moyses de spiritu suo nihil amiserit.

14 Tertiò obiectum, quod Augustinus paßim ita de prædestinatione hominum loquitur, ut significet eam factam esse ex infecte peccati massa, ut videre est lib. 2. contra duas epist. Pelag. cap. 7. & de prædest. & gratia cap. 3. & lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. & in Enchirid. cap. 49. & lib. de prædestinatione. Sanct. cap. 9. & de bono perseverant. cap. 8. & lepe alias. Idem significat S. Thomas hic quæst. 23. art. 1. ad 3. quatenus ait, terminum à quo prædestinationis humana fuisse misericordiam peccati. Idemque colligitur ex definitione prædestinationis, in qua habetur vocula, Liberantur, &c.

Respondeo, Doctores istos loqui de prædestinatione in ordine ad sicut effectus ad æquatem spectata, non quidem in sensu copulativo seu distributivo, sed in sensu accommodo, & in suppositione confusa: si nimur prædestinationem referatur ad ea salutis media, quæ supponunt peccatum, qualis est ipsius peccati remissio, &c. ut sensu sit, prædestinationem hominum spectatam in ordine ad omnes sicut effectus, quos in electis habet, non esse factam ante præuisionem peccati, sed quoad aliquos effectus necessariò supponere præuisionem peccati: securus quam in Angelis accedit, in quibus prædestinatione secundum nullum effectum supponit præscientiam peccati. Atque hoc sensu verum est, prædestinationem hominum factam esse ex massa infecta & damnata: eodemque modo intelligitur in definitione prædestinationis, particula illa Liberantur: quanquam hæc etiam absoluere de miseria caretia supremæ beatitudinis intelligi potest. Quo modo ipse etiam S. Thomas loc. cit. ad 3. ait: *Dic posse, quod omnis collatio boni supra debitum eius, cui confortur, ad misericordiam pertinet.*

15 Libentius vero æquitatem diuinæ prædestinationis explicant SS. Patres ex suppositione peccati; quia ea hor modo facilius intelligitur, atque ad captum populi magis est accommodata: cum tamen interim & ipse S. Augustinus paßim, præsertim locis canticis quæst. præced. dub. 1. & S. Thomas hic q. 23. art. 5. rationem & æquitatem diuinæ prædestinationis cum Apostolo defendant & explicit etiam absque illa suppositione peccati, ut superius etiam ex

Capitulo retulimus. Quoties igitur Augustinus, & ex eo S. Thomas prædestinationem explicit per separationem à massa damnata, aut loquuntur de prædestinatione respectu certorum quorundam mediorum, supponentium peccatum; aut quasi per effectum declarant causam: quod necessariò dicendum est; tum ob rationes superiorius allatas, tum ob alia eorundem loca, ut dictum.

D V B I V M IX.

An et quod ordine Prædestinatione nostra se habeat ad prædestinationem aliorum, seu hominum, seu Angelorum.

S. Thomas 1. p. q. 23. a. 7.

Non est hic sermo de prædestinatione Christi, de qua iam actum est dub. 7. sed de prædestinatione aliorum hominum, seu Angelorum, cum quæ nostram prædestinationem comparamus. Et suppositis, quæ hactenus dicta sunt, præsertim dub. 7. & 8. potest hæc respaucis expediri. Etenim non desunt quidem nonnulli ex recentioribus defendantibus prædestinationem ad gloriam ex præuisione meritit, quiclibet de re duo docent; Primum, electionem Angelorum factam fuisse ante electionem hominum: eo quod existimant, electionem Angelorum factam esse ante præuisionem peccatum Angelorum & originis; hominum vero, post illam præuisionem. Alterum, non omnes homines in eodem signo rationis electos; eo quod aliqui prædestinati & electi fuerint ex occasione ruinae aliorum; item, quia alii sunt causa salutis aliorum. Nihilominus oppositientia est verior, quam duabus sequentibus assertib[us] explicamus.

Assertio I. Inter electionem hominum ad gloriam mutuò, nulla est in diuina mente secundum ordinem intentionis prioritas; sed omnes homines post Christum electi sunt simul, & in eodem signo rationis. Hæc est mens S. Thome hic q. 23. art. 7. vbi docet, certum esse Deo numerum prædestinatum etiam in individuo, non solum per modum cognitionis, sed etiam per modum cuiusdam principali præfinitionis. Item, numerum prædestinatorum esse per se præordinatum à Deo, ob perfectionem universi, ad eum notandum, quo artifex aliquis excogitat aliquem numerum in partibus essentialibus sui effectus, quæ per se requiruntur ad perfectionem totius. Idem sentiunt omnes illi, qui docent, omnes homines fuisse electos ante præuisionem mediorum particularium, quibus ad beatitudinem essent perducendi, quos retulimus dub. 3. Idem expressè docet Suarez lib. 1. de prædest. cap. 12. num. 4. Vbi proinde merito censet, hanc esse sententiam communiorum Theologorum.

Probatur primò ex dicto fundamento. Si enim, uti supponimus ex dictis, omnes & singuli homines sunt electi ante præuisionem mediorum seu occasionum, quibus in ipsa executione singuli perducuntur ad beatitudinem, tunc nulla est ratio ordinis inter prædestinationem eorundem; quia ratio huius

ordi-